



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258 - 10263

De SS. martyribus, Nazario, Geruasio, Protasio, & Celsio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

Verum hæc tanti esse non videntur, ut à legenda hac Sanctorum vita te deterrere debeant, cùm diaboli ministri in Sanctorum martyris satellites plurimos habere confluuerint, quorum aliqui dum alijs forsitan occuparentur negotijs, aut in sanctorum laniandis corporibus iam fessi essent, aut forte, quod alium magis idoneum esse ad sacerdos torquendos arbitrarentur, sibi inuicem successores & vicarios dabant, vel ascessores suis tribunalibus adhibebat. Cuius rei sexcenta per te ipsum exempla inuenire poteris. Potuit ergo Anulinus Praeses author esse Sanctorum agonis, deinde Astasius Comes ad finem illum deducere, aut aliquid occurtere, quod sub utroque illorum sancti hi omnes gladio feriri iussi sint. Quod autem diuus Ambrosius non solum in vita sanctorum Geruasij & Protasij non meminerit beatorum Nazarij & Celsi, sed neque in vita horum in secundo nostro Tomo posita, quam idem scriptit Dei sacerdos Ambrosius, de prioribus illis villam prorsus mentionem faciat, non te contristet: nam in huiusmodi rebus locus ab autoritate negatiuè sumptus, infimam partem habet. Potuerunt nanque socij simul esse in passionis certamine, licet sanctus vir hoc non dixerit. Nam & diuus Cyprianus Carthaginensis, & sanctus Petrus Alexandrinus Episcopus, plures corona socios habuisse leguntur, & tamen eorum duntaxat singulorum martyrum celebratur, aliorum nominibus suppressis. Quod si adhuc te taciturnitas ista sollicitat, lege Adonem Treuirensem Episcopum in vita sanctorum Nazarij & Cel- li, in Tomo nostro quarto posita, ubi in fine hæc verba habentur: Inuenti autem sunt, (nempè Nazarius & Celsus, de quibus loquitur) pridie Idus Iunij? Festiuitas vero agitur de martyrio quinto Calendas Augusti. Commemoratio autem eorum publica & celebris, in die sanctorum martyrum Geruasij & Protasij a fidelibus frequentatur, & venerabiliter excolitur. Quod profectò non fieret, si aliqua inter sanctos ipsos non intercessisset communio. Vale, & Dei gratia sit semper tecum.

VITA ET DECERTATIO SANCTORVM ET GLORIOSORVM CHRISTI MARTYRVM, NAZARII, *Geruasij, Protasij, & Celsij: ex Simeone Metaphraste.*

NERONE tenente sceptra imperij Romanorum, Nazzarij admirabilis, tanquam stella quædam lucida fulgebat in sua patria. Eum enim habebat Roma veluti imaginē virtutis aliquam illius glorians moribus. Nam hæc quidem erat patria Nazario. Parentes autem, alter quidem Lybi, alter vero ipsa quoque erat Romana genere, ambo quidem diuites & facultatibus & virtute. Petro autem institutore, chori discipulorum principe, Deo redditis magis familiares, aquaque & spiritu consummati. Eorum pietatem Deus veluti remunerans, quomodo olim Abraham hospitalitatem, eis dedit filium hæredem simul virtutis & honorum, Nazarium. Ille autem, tanquam à Deo datus, se rursus totum tradit Deo. Et ipse quidem in diuino adoptatur baptismate à Lino, qui erat ipsius Petri sedis & virtutis successor. Cùm autem ad perfectiorem peruenisset etatem, perfectiorem quoque gratiam consequitur. Ipse enim simul augebatur, & sui accipiebat incrementū, & magnus eius amor in Christum reddebat maior & feruentior.

Cum vero pietatis, quæ erat in ipso, fax valde esset in altum sublata, & multos ad eum vocaret, & tumultus & continuum eorum, qui ad ipsum accedebant, aduentum declinans, statuit patriam & suos relinqueret, & versari in aliena, vt & cum eo, quem desiderabat, seorsum colloqueretur, & multis prædicaret pietatem. Cum ergo hæreditatem, quæ ad eum pertinebat, accepisset à parentibus, egreditur è patria, & ex una ciuitate transiens in aliam, ad quoque accessisset, ijs opem cerebat ex suis facultatibus. Deinde etiam eis majora suppeditabat, vt qui eos deduceret ad veram Trinitatis cognitionem. Et cum venisset Placentiam, & accessisset Mediolanum, conuenit Geruasium & Protasium viros admirabiles, qui ab Italia quidem Præside Anulino iam fuerant in carcерem inclusi propter suam in Christum confessionem, ijs autem, quæ siabant præter omnium opinionem, & miraculis extendebat fama ad finitimas etiam regiones.

Cum ergo diuinus conuenisset Nazarius, fidei & virtutis communione eis effeatus familiaris, (In generatur enim quidam amor in iis, qui earundē rerum amore tenentur,

19. Iunij,
Cap. i.
Nazarij pa-
tria.

Baptizatur
à Lino.

Venit Me-
diolanum.

Sistitur coram Praeside. nentur, non minùs quām in consanguineis) eos incitat, & eis animū addit ad manū rium, & reddit acriorem eorum in Christum amorem. Hinc Nazarij fama in omnem partem dispersa, peruenit etiam usque ad Praesidem Anulinum. Ille autem cum fisi curāset Nazarium, fit ei tāquam consiliarius, & suadet ne sit impius, & illius deos probris insestetur & contumelijs. Deinde postquām cognouit sanctum ne dignum quidem, quod audiretur, putare consilium, (Quid enim est ad probris appetendum a.

Cesus ab viris pellitur. & tanquām aliquod piaculum vir execrandus cum cum probro & dedecore expellit ē ciuitate. Hoc autem quantum iudici videbatur magnum ad supplicium, tantum Nazario existimatū est maius ad beneficium: quod dignus habitus sit plagas accipere propter Christum, qui pro ipso passus est. Egressus est ergo non silens, neque elinguis ac mutus, & meru vincitus, sed pergens docere ut consueuerat, & multos infideles inducens intra Christi sogenam. Porro autem illa nocte visa est mater Nazario adest, & eum hortari, ut obiret Galliae ciuitates, & in eis deinceps semina veritatis. Ille autem, ut ei à matre dictum fuerat, venit Meliam, (est autem ea una Galliae ciuitas) & omnes, quos conuenisset, deducit ad Dei cognitionem, & aperte prædicat pietatem.

Cap. 4.

Interim autem ad eum accedit foemina quadam illustris & ex primis ciuitatis, adducens quem habebat filium nomine Celsium, iam tres annos natum, & deponit ipsum in eius manibus. Sequerutur hic puer, dicens, in omni via, donec ipse quoque dignus euaserit, qui sistatur ante thronum Domini Christi. Et illa quidem dicit: Nazarius autem infantem lubenter accipit, quem propemodū in vlnis circumferbat.

Celsus puer baptizatur. Cumque preces dixisset confuetas, cum per baptismum efficit Deo familiarem? quoniam nec alium nouerat verum honorem, nisi cum Deo coniunctionem & familiatatem. Sic ergo se habens Nazarius, & Galliarum ciuitates sic doctrinā comple-

tent, ne illarum quidem Praesidem latuit Dinobaus. Itaque accessit ad eum, ve-

nit cum puer Celsio: & è quo quidem genere esset natus, quibusnam autem paren-

tibus, & cuiusnam sit religionis, percontantur Dinobaus. Ego quidem, inquit, genere sum Romanus? Christianam autem sequor religionem? & Deum confiteor eum,

qui fuit crucifixus. Tunc fertur Dinobaus, ad iram motus, dixisse: Habes dæmonium. Quid enim aliud sibi volunt hæc tantæ nugae? Non est tibi pater? non est tibi ma-

ter? Ille vero: Si dæmonium haberem, inquit, non quos tu colis, dæmones infestarer

probris & contumelijs. Dinobaus autem furorem non valens continere, cùm puer

quidem Celsium abstraxisset ex illius manibus, intolerans eum plagis afficit, inge-

nio puer eum, qui erat canus prudentia. Deinde eum conjicit in carcere, in sequen-

tem diem eum reseruans. Magna enim crudelitas & inhumanitas ne tantu[m] qui-

dem atatis mouebatur misericordia. Quod quidem etiam in bruta animantia & no-

vas plantas clementi & benigna euenerit anima: ea nanque digna, quibus parcatur,

censuerit. Atque intolerabiles quidem plagas propter Christum puer lubenter acci-

piebat Celsius, balbutiente lingua hoc solū dicens: Deus, cui ego seruo, ipse te iudi-

cabit, O Index: irritans ipse quoq[ue] Dinobaus propter suum in Christum desiderium,

sicut diu antè Iudeos æqualium puerorum chorus, meum Iesum hymnis celebrat[ur]

& laudem ei perficienes.

Quedam autem insignis foemina, nomine Dinomeda, consulit coniugi Dinobai,

vt suadeat marito, ut moueatur misericordia pueri ætatis, & simul etiam absolvat

Nazarium. Illa autem hæc marito communicat, quomodo olim vxor Pilato. Po-

stridiit itaque cùm sedem iudicariam ascendisset Dinobaus, & adduxisset Nazarium, suadebat pro viribus, ut assentiretur impietati. Ne eum enim tunc puniret, prohibe-

bant vxoris suasiones. Postquām autem non potuit persuadere, eum expellit ē ciui-

tate, sic eum placide allocutus; Vxor mea consilia te liberum dimittunt ab omni

cruciati. Illinc ergo abit Nazarius in vicinam Temerum cum puer Celsio. Est au-

tem hæc vrbs Temerus propinqua Meliae. In ea ergo vitam agebat, diuinis suis do-

ctrinis augens gregem Christi, & multos inducens ad agnitionem. Non serebat au-

tem omnino, qui inuidiam parturiebat, diabolus res ita se habet[ur]. Quomodo

enim, si ille erat diabolus, & qui ab initio bonis aduersabatur? Blandis itaque verbis

aggregiens Praesidem ciuitatis, persuadet, ut Neroni Imperatori significet de Naza-

rio. Cùm ergo de Nazario ei esset significatum, missæ sunt literæ per vniuersam il-

lam regionem, iubentes summo studio queri Nazarium, & eum, qui inuenisset, ad

ipsumducere.

Cum autem is latere non posset, ut qui in illustri staret loco virtutis, & magno ore

ab

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab ipsa prædicaretur, citò inuenitur ab ijs, qui scrutabantur. Illi autem, cùm is iam eis e-
ualisset manifestus, lèti latum sicut ante Neronom. Quid ergo ille? Propositis ei tor-
mentis, assentationibus aggressus est Nazarium, ut cùm illis quidem ei terrorē attu-
lisset, his autem cum emollisset, persuaderet ei, ut transiret ad suam voluntatem. Na-
zarius verò erat omnino immobilis, ut qui ab his ad martyrium magis acueretur, non
autem emolliretur. Et ideo maiori vtebatur cōstantia. Cùm nesciret ergo Nero quid
ageret, tunc cum cum puer tradit in custodiam. Parum intercessit temporis, & Ne-
ronem quidem rursus sedes habuit iudicaria. Introductus autem fuit Nazarius cum
puero. Et rursus similiter, nunc quidem minis vehemens erat Nero, nunc autem sua-
nis blanditijs & promissis. Postquam autem vidit eum tanta esse constantia, desperans
sic posse induc Nazarium, iubet eum injici in profundum maris cum puer Celsio,
ut ne eos quidem posset videre, quos ne volebat quidem vivere sic affectos. Sed erant
omnino vera, quæ dixit diuinus Esaïas, tanquam de eis prænunciata? Si transieris per a-
quam, tecum sum: & non te concludent fluuij. Et si transieris per ignem, non combu-
reris. Nam cùm iam essent in profundo, & qui eos iecerant, crederent fore, ut à mul-
tis piscibus deuorarentur: magna contentione, Angelica quædam virtus desuper ad-
uolauit, & è profundo seruauit, & illæsos eos terra reddidit, puer Celsio propter æta-
tem adhuc imperfætam, nausea & fastidio pleno, ut est consentaneum. Sed precibus
& signo Crucis, & diuino osculo cum sanum reddidit Nazarius.

Capit, tanquam pisces, hoc miraculo Neronis quoque seruos, qui ipsos in mare de- Cap. 7.
misérant. Sanctum enim deinceps sunt secuti, & ita se ei adiunxerunt, ut prioris vita
magna ducerent poenitentia, & agrè ferrent quod non diu antea, reliquo Nerone,
animum illi adhibuerint. Terra ergo cum puer redditus Nazarius, transit cum eo
ad ciuitatem, quæ dicitur Tenusa, & illinc profectus, venit Mediolanum: rursus quo-
que priorem pergens dare doctrinam, & dulci potare nectarare eos, qui erant vere filii
regni. Sed ciues rursus ei non permettebant liberè prædicare veram religionem: sed e-
um comprehendenderunt, & cum Præsidi Anulino, qui ei prius multas impegerat alapas,
tradiderunt, vel per illos, ut verius dicam, is qui fuit ab initio inuidus, & odio habuit
homines. Ille autem iubet eum rursus includi in priori custodia. Nazario autem ipsa
custodia erat multis regis preciosior, pratum floridum, nouus paradisus. In eam enim
ingressus, versabatur cum Geruasio & Protasio socijs cerraminis: a quibus assidue ille,
tanquam ab aliquibus fluminibus, irrigatus, carpebat suauissimos flores illorum con-
suetudinis: ut propemodum gratias haberet Anulino, quod cum rursus coniunxit
cum ijs, quos desiderabat. Cum eis ergo congregatus, & magnam accepit utilitatem, ut
ipse etiam vicissim intulitea, quæ erant vtilia: & eos satis ad certamina, & puerum in-
citrauit Celsium: quem puerum quidem sermo, perfectum autem ostendit actio.

Anulinus autem cùm de Nazario singula exactè didicisset, mirabatur quemadmo- Cap. 8.
dum potuisset effugere Neronem (sciebat enim, quām eset furiosus & quām ferus Ne-
ro) lupum agnus, ut aiunt. Hinc etiam de sancto Nazario, & eius socijs eum facit lite-
ris certiorens, rogans quidnam iuberet, ut faceret sanctis. Ille autem cùm audiisset
Nazarium adhuc esse superslitum, cædem spirabat aduersis lictores, quibus iusserset, furor.
ut eum in maris profundum injicerent: & præira è sede exiliens, cū vociferatione cur-
rebat per regiam, clamās insidatores, ingratos, aduersis deos impios! & cupiebat eos
inuenire, ut ipso etiam interimeret simul cum Martyribus, ignorans stolidus, quod
Deus potest non solùm à mari seruare eum, qui in ipso habuerit fidutian, sed etiam i-
psum mare exiccare. Testatur autem diuinus David dicens, cum posuisse fluuios in de- Psalm. 106.
sertum, contrà autem, deserta in lacus aquarum. Cùm eos ergo multum quæsiuisset,
& non inuenisset, sic literis exponit suam aduersis sanctos sententiam; Quoniam ij,
qui ante nos ascenderunt in hæc excelsam imperij sedem, non solùm eos, qui in ma-
ximos deos erant impii, morte sua damnabant sententia, sed etiam, si inuenirentur a-
liqui, qui maleficijs & prestigijs multos corrumperent, par quoq; in eos statuebant sup-
plicium: nostra quoq; decernit potentia, quod isti quam primum vita priuentur, gla-
dio capitus eorum, amputatis: deinde eorum corpora obijciantur feris ad deuoran-
dum, ut ne omnium quidem communem consequantur sepulturam. Sit ergo tibi cu-
ræ id, quod in præsentia iussi, exequi. Est enim mihi maiori curæ honorare deos, quām
curam gerere reipublicæ.

Postquam hæ literæ venerunt ad Anulinum, iubet statim ad mortem duci Marty. Cap. 9.
res. Illi autem muniti figura Crucis, admodum lèti exiérunt, ut qui non ad mortem, Nota quām
sed ad vitam potius (quod verum erat) eternam vocarentur: & contendebant alias a. antiquum
apud Chri-
Yyy lium

stianos Cru
ce se signa-
re.
lium præuenire, & pulchro decertabant certamine, timentes ne Neronem suæ pœnæ
terer sententia, & beatum finem non aspergerentur. Postquam autem Domino con-
fitentes, peruererunt ad locum consummationis, inuidens Christianis malignus be-
neficium, persuadet lix oribus, vt prius abigerent piros, qui illuc aderant, ne omnino
fruerentur sanctificatione sanguinis sanctorum, qui effundebatur. & sic Martyrum
capita amputarent. Sed sic quoq; à spe decidit execrandus, & parum commodi accepit
ex improbitate. Preciosæ enim sanctorum reliquia, Nazarij, inquam, & Geruasij cum
socijs, à Christianis quibusdam, non sine Dei nomine motis, claram ablata, deposita sunt
honorifice apud porram ciuitatis, quæ etiam vocatur Romana, quartodecimo men-
sis Octobris. Paulò post autem diuini Martyres in somnis apparent cuidam ex ijs, qui
erant amici Martyrum, iubentes, vt eorum corpora assumeret. Proprium est hoc
sanctorum & benignarum animarum, non ut ipsi glorifcentur (quomodo enim, qui
propter eam, quæ illic est, beatitudinem, contempnerunt omnem, quæ est hic, gloriæ)
sed ut pijs ac religiosis prodeſſent inuentione. Ille autem visione valde latatus, statim
surges, & cum veneratione illinc sanctas assumit reliquias, & domi suæ deponit. No-
uit quod factum fuerat eius filia, quæ erat paralytica: nam aduentu Martyrum priorē
recuperauit valetudinem. Atq; latuit quidem Martyricarum reliquiarum theſaurus
absconsus in eius ædibus, donec ad Magnum Theodosium, qui ex Iberia, quæ nunc Hi-
spania dicitur, duxit genus, peruererunt sceptrum Romani imperii.

Paralytica
fanatur.
Theſaurus
reliquiarū.
Cap. 10.

S. Ambro-
ſius sacras
martyrum
reliquias
transfert,
&c.

Miracula.

Nota de
Theodosio
Imperatore

Cap. II.

Pſal. 118.

Cum autem is post Dei hostem Valentem, à barbaris in Thracia interfecit, esset
constitus Imperator, & in Deum erat pius, si vllus alius, & Martyrum latabat ho-
noribus, tunc quoq; sacra eorum reliquia, tanquam theſaurus, reconduntur in Eccle-
ſia Mediolanensi, Nazarij, inquam, & Geruasij, Protasij & Celsij, inlytorum Christi
Martyrum. Quinam autem fuerunt administrati in transferendis & deponendis his re-
liquijs: Ambrosius ille virtute clarus, & qui tunc decorabat sedem Ecclesie Mediola-
nensis. Is primus est executus ministerium translationis, vt cui non illotis (quod dici-
tur) manibus, sed valde mundis, munda fuerint credita. Præterea autē vniuersus Cle-
rus, & omnes magistratus, linguis hymnos canentes, & quas manibus gefabant, lampadibus
ea illustrantes, quæ tamen magis miraculis resplendebant, quam lampadibus.
Nam cæci quidem manu deduci ad eas vñq; reliquias, lucem statim adspicerunt, nec
opus amplius habebant aliquo, qui eos manu deduceret. sed suos habebant duces
oculos. Claudi, qui vix fuerat portati ab alijs, proprijs suis reuertebantur pedibus, perni-
cibus ad currendum, & apries ad saltandum. Leprosos, qui in templum venerant, do-
mus adspexit mundos. Et quicunq; à malignis detinebantur spiritibus, eos quoq; lice-
bat videre liberatos ab ijs, qui ipſos vexabant: furiosoq; & amentia eorum verba, con-
uerſa in gratiarum actionem, & communiter Christi Martyres laudibus celebrari &
glorificari ab omnibus. In eos cùm Magnus incidisset Theodosius, (tunc enim agebat
Mediolani aduersus Tyrannum, Maximum, inquam, decertans) cùm accepisset
partes sacrarum harum reliquiarum, pro quibuslibet spolijs aut manubjs, aut potius
pro quibuslibet armis & munimentis, in urbem detulit regiam, ijs, quæ ipſe vidit, mira-
culis confirmatus, & aduersus Scythes, socios inexpugnabiles affecutus Martyres.

Ante hanc magnam itaq; ciuitatem eis excitat pulchrum & elegans templum, & in
eo sacras Martyrum reliquias deponit, tanquam theſaurum super millia (diuinus di-
cit David) auri & argenti. Ex præter alia, vnguentorum quoque fontes emitunt abun-
dantes, non ſolum corporibus ſalutares, ſed corū etiam, qui hauriunt, animas expur-
gantes, vt non ſolum habeant apud ſe Martyres ea, quæ acceperunt, ſed alijs quoq; ſua
bona communient. Sic Christus hic quoque eos glorificat, qui illam amauerunt. Ta-

lium cerraminum tales dat remuneraciones, quædam omnino proœmia illi-
us supernæ beatitudinis. Cuius nobis quoque liceat eſe particeps
gratia ſanctissimi & viuifici ſpiritus, nunc & ſemper,
& in ſecula ſeculorum,
Amen.

ITEM

807

ITEM DE SS. GERVASIO ET PROTASIO MARTH

TYRIBVS, AVTHORE S. AMBROSIO EPISCOPO, VT

teſtantur vetuſti MS. codices, & viſi doctiſimi approbant. Habet hinc

quædam ad verbum Petrus Damianus in Sermone quem Lector in

2. Tomo 28. Aprilis offendet.



M B R O S I V S ſeruus Chriſti, fratribus per omnem Ita- 19. Junij.
liam, aternam in Domino ſalutem. In diuinis volumi-
nibus reus ſcribitur, qui non ſtuduerit dare gratis, quod i-
pſe gratis acceperit. Quicquid enim Domini Ecclesiæ pro
futurum erat, ſubiraxisſe arguitur, cum noluerit tradere
omnibus, quod ipſe non celandum accepit. Vnde & Psal. Psalm. 39.
mographus vates canit; Iuſtitiam tuam non abſcondi in
corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Non
celauſi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio
multo. Et pro hoc opere quaſi vicifititudinem à Deo po-
ftulans, adiecit; Tu autem Domine ne elonges misericor-
diam tuam à me, quaſi Deo diccret. Sicut ego feci alios miſericordiam inuenire, ita
& ipſe non patiaris longe fieri miſericordias tuas à me. Aperiāmus ergo, cur iſta p̄r-
miſimus, & veſtos animos, qui pię de Deo ſentitis & creditis, de inuenitione ſanctorū
corporum ad Iuſtitiam inuitemus.

In diebus tranſacte nuper Quadragēsimæ, cum Dominus mihi donāſſet, vt ieiunati-
tum & oranti me faceret eſſe partipem, in oratione poſito ita mihi ſomnus ob- 19. Junij. Am-
reptit, vt nec vigilans aperit, nec dormiens integrè, viderē a pertis oculis mecum duos broſos obla-
iuuenes ephebos, veſtibus candidiſſimis, id eſt, collobo & pallio induitos, caligulis ca- ta.
ceatos, manibus extenſis orantes. Nullam quidem grauedinē patiens, loqui cū eis non
poteram: ſed vt dixi, pars in me ſomni incumbebat, qui me ad eorū interrogationem
verbū proferre non ſineret, plenē autem euigilati viſio eorum ab oculis elapſa eſt.
Vnde factum eſt, vt rogarē Domini miſericordiam, vt ſi ludificatio dæmonum eſ-
ſet, abſcederet: ſi vero veritas eſſet, plenius appetaret. Ad impetrandū vero, quod po-
ſebam à Domino, augmentaui ieiuniū: ſimiliq; modo, canente gallo, orātes mecum
iuuenes apparuerunt. Tertia vero nocte, defectio ieiunijs corpoſe, non dormienti ſed
ſtupenti cū quadam mihi tertia apparuere persona, quæ ſimilis eſt beato Paulo, cuius viſus imagi-
nem me pictura docuerat, vt tantum ipſe mecum illis tacentibus loqueretur, di- num tem-
cens: Iſti ſunt, qui propter monita mea reſpentes prædia & diuitias, ſecuti ſunt Do- pore S. Am-
mini noſtri Ieſu Chriſti veſtigia, nihil terrenum, nihilq; carnale cōcupiſcentes, in me-
dia hac Mediolanensi vrbe per decem annos in Dei ſeruio perdurantes, ad hoc per-
tingere meruerunt, vt Chriſti martyres fierent: quorum corpora in eo loco inuenies, in quo
iſi quo ſtas & oras. Duodecim pedum altitudine terra cooperata arcam inuenies: quam
arcam ſuperiū exaltabis, & in nomine eorum ecclesiā fabricabis. Cumq; corū no-
mina ab eo requiri erem, dixit mihi: Ad caput eorum libellum scriptū inuenies, in quo
ortus eorum & finis scriptus eſt. Conuocans itaq; omnes per circuitum fratres & co-
epiſcopos vrbiſ vicinarum, referens vniuersa, quæ videram & audiuerā, iſpis corām
poſitis, primus ego terra foſſor accelli: eateri Epifcopi proſecuti ſunt. Fodiētes, per-
uenimus ad arcam, quam ſanctus promiferat Paulus. Quam aperientes, inuenimus
quaſi iſpa hora poſtos ſanctos, miro odore fragrantes. Ad quorum caput illum libel-
lum inuenimus, in quo erant haec per ordinem vniuersa conſcripta.

E go ſeruus Chriſti Philippus, intra domum meam ſanctorum corpora cum filio Libellus de
meo rapui & ſepeliui: quorum mater Valeria, & pater Vitalis dicti ſunt, quos vno martyrio
ortu geminos genuerunt, & vnum Protasium, alium Geruafium vocauerunt. Quoru- 19. Junij. Am-
ſtis ſanctis & Protasii, pater Vitalis erat militans consularis. Hic cum fuiffet cum Paulino iudice ſuo Ra-
uennam ingressus, & videret in conſpectu iudicis ſuī Chriſtianum, nomine Vſſicinū, Vſſicini me-
arte medicum, natione Ligurem, poſt nimia tormenta capitalem accepiſſe ſententiā ſancti marty-
riū. Locus autem, vbi decollabantur Chriſtiani, hoc habebat vocabulum, vt diceretur, Ad
palmam, ſeō quōd arbores antiquæ palmæ illic eſſent. Igitur cum, vt diximus, poſt ni-
mia tormenta decollandus veniret ad palmam, expauit: & dum vellet male euadere,
exclamauit Vitalis, dicens: Noli, noli Vſſinice medice. Qui alios curare conſueuisti,
teipſum aterna mortis iaculo vulnerare viſ? Qui per paſſiones nimias veniſti ad pal-
mam,

Yyy 2

mam coronam perdere noli, tibi à Domino præparatam. Audiens hæc Vrsicinus, gēnu posuit, & spiculatorem, vt feriret, hortatus est. & agens pœnitentiam quod expauisset, Chriti martyrem se fecit. Statimque ipse Vitalis corpus martyris rapiens, intra Rauennarium urbem sepeluit: & cum omni honore martyri debita explexus obsequia, ad iudicem vltra venire contempsit. Quem Paulinus consularis iudex ideo teneri maximè mandauit, non tantum quia cōtemplit ad eum redire, quantum quod ita Christianus esse detectus est, vt etiam volentem Vrsicinum sacrificare, ne periret, ita instituit, vt rediret ad coronam martyrij, & Deo redderet margaritam preciosam, quam diabolus rapere studebat.

Martyrium S. Vitalis. Paulinus igitur, iussit eum leuari in eculeo, vt per tormenta posset eius sensum ad sacrificandum idolis conuertere. Cui Vitalis ait, In finita tibi dominatur stultitia, vt putas me ipsum decipere, qui alios à periculo deceptionis liberare studui. Tunc Paulinus consularis dixit ad officium suum; Ducite eum ad palmam, & si sacrificare contemperit, nolite eum decollare: sed facite foueam in terra, quoadusque perueniat ad a. quam: & ibi cum supinum deponire, & terra atq; lapidibus obrutus dimittite. Quod cum factum fuisset, Deus sibi Vitalem ita martyrem consecravit. Sacerdos autem Apollinis, qui hoc consilium Paulino dederat, à diabolo repletus est, ita vt per septem dies energumenus ibi clamaret, vbi obrutus erat sanctus Vitalis, dicens, Incendis me, sancte Vitalis martyr Christi, & crucias me. Post septem autem dies precipitatus a diabolo, in flumine expirauit. Sanctus autem Vitalis gloriosus martyr Christi, sepultus est iuxta ciuitatem Rauenniam, præfatis orationibus suis multa beneficia omnibus hominibus creditibus in Dominum, vsq; in hodiernum diem.

Item S. Valeria. Valeria autem coniunx eius, cum vellet corpus S. Vitalis auferre, à Christianis prohibita est: & ab ipso in visionibus sapientia admonita, ne sanctum corpus à malo homine benè positum violaret. Ipsa autem cum reuerteretur ad urbem Mediolanensem, i. dolstras Syluano sacrificantes incurrit, qui eam deponentes de saumario, horrabantur secum epulari. At illa dicebat, Christiana sum: non licet mihi de Syluani vestris sacrificijs manducare. Illi verò hæc audientes, tanta eam cæde mactauerunt, vt vix seminecem eam sui homines ad Mediolanensem urbem perducerent, ita vt intra triduum migraret ad Christum.

Geruasius & Protasius Cumque ab intestato Geruasius & Protasius parentibus successissent, domum priam & res parentum & casellulas venundantes, dederunt precium omne pauperibus & familiola sua, quam etiam ingeniam fecerunt. Ipsi verò in uno coenaculo se concluserunt, & per decem annos lectio & orationi & ieiunijs vacantes, hoc ordine in anno conuersonis sua undecimo ad palmarum martyrij peruererunt. Eodem tempore superueniente Comite Astasio, qui proficiebatur ad bellum, quod à Marcomannis fuerat excitatum, occurserunt illi templorum cultores cum sacerdotibus suis, dicentes, Si vis latus ad Augustos nostros reuerti & viator, Geruasius & Protasius sacrificare compelle. Vehementer enim dij nostri de eorum contemptu cōnoti, dare nobis responsa contemnunt. Audiens hæc Astasius Comes, iussit eos teneri & ad se adduci, quibus & dixit, Hoc tor vos & moneo, vt à deorum nostrorum iniurijs temperantes, ad immolandum eis deuoti studeatis insistere, vt expeditio mea vnam imiteretur. Geruasius dixit, Victoria de cælo debes à Deo omnipotente requirere, non de simulacris mutis & vanis, quæ oculos habent sine lumine, aures sine auditu, naris sine odoratu, os sine sermone, manus sine tactu, pedes sine gressu, & ventrem sine interioribus probantur habere, & sine flatu esse notescuntur. Tunc indignatus Astasius Comes, iussit eum tamdiu plumbatis contundi, quamdiu ex halaret ipsi iterum. Quo amato, iussit adstare Protasium, cui & dixit, Miser, vel tu viuere stude, & noli biorhanatus fieri, sicut & frater tuus. Cui Protasius respondens, ait, Quis est miser, ego, qui te non timeo, an tu, qui me timere probaris? Astasius Comes dixit, Ego te, miser homo, quomodo timeo? Beatus Protasius dixit, In eo, quod times laedi à me, si non sacrificauerero dijst tuis. Si enim non timeres laedi à me, ad sacrificandum me non compelleres. Ego autem te non timens, contemno minas tuas, & omnia idola tua velut stercora reputans, Deum solum qui regnat in cælis, adoro. Audiens hæc Astasius Comes, iussit eum superbus cædi. Postea vero erecto eo, dixit ad eum, Miser homo, vt quid tam superbus & tam rebellis existis? Vis perire, sicut tuum probasti Germanum perisse? Protasius dixit, Non tibi irascor Astasi, nec ego, nec ipsa iustitia, quoniam cæcos oculos tui coridis attendo. Incredulitas enim, quæ in tuis sensibus regnat, non te permittit videre, quod Dei est. Nam & Dominus meus Iesus Christus crucifigentibus eum non

Geruasius necatur.

Biorhanatus fieri, sicut & frater tuus. Cui Protasius respondens, ait, Quis est miser, ego, qui te non timeo, an tu, qui me timere probaris? Astasius Comes dixit, Ego te, miser homo, quomodo timeo? Beatus Protasius dixit, In eo, quod times laedi à me, si non sacrificauerero dijst tuis. Si enim non timeres laedi à me, ad sacrificandum me non compelleres. Ego autem te non timens, contemno minas tuas, & omnia idola tua velut stercora reputans,

Protasius superbus cæditur. Deum solum qui regnat in cælis, adoro. Audiens hæc Astasius Comes, iussit eum superbus cædi. Postea vero erecto eo, dixit ad eum, Miser homo, vt quid tam superbus & tam rebellis existis? Vis perire, sicut tuum probasti Germanum perisse? Protasius dixit, Non tibi irascor Astasi, nec ego, nec ipsa iustitia, quoniam cæcos oculos tui coridis attendo. Incredulitas enim, quæ in tuis sensibus regnat, non te permittit videre, quod Dei est. Nam & Dominus meus Iesus Christus crucifigentibus eum non

non maledixit sed potius, ut eis indulgeretur, orauit, addes hoc, quia nescirent quid facerent. Vnde & ego tuū misereor, quia nescis quid facias. Nunc ergo age, quod cœpisti, vt mihi possit cum meo fratre hodie benignitas Saluatoris nostri occurrere. Tunc impiissimus Comes Astasius iussit eum capite cardi. Quod cum factum fuisset, ego seruus Christi Philippus abstuli cum filio meo furtim nocte corpora sancta, & in domo mea, Deo solo teste, & in ista arca marmorea sepelii, credens me orationibus eorum consequi misericordiam Domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

De eorundem sanctorum Martyrum inuentione Epistola S. Ambrosij ad sororem suam.

Dominæ sorori, vita atq; oculis præferenda, frater. Quia nihil sanctitatem tuam soleo eorum præterire, quæ hic te gerantur absente, scias etiam sanctos martyres Geruasium & Protasium à nobis repertos. Nam cùm basilicam dedicâsem, multi tanquam uno ore interpellare cœperunt, dicentes, Sic in Romana basilicam dedices. Respondi, Faciam, si martyrum reliquias inuenero. Statimq; subiit veluti cuiusdam ardor prægredi.

Quid multa? Dominus gratiam dedit, formidantibus etiam clericis iussi eruderari terram eo loci, qui est ante cæcellos sancctorum Felicis atq; Naboris. Inueni signa conuenientia, adhibitis etiam, quibus per nos manus imponenda foret: sic sancti martyres imminere cœperunt, ut adhuc nobis silenter arriperetur verna, & sterneretur prona ad locum sancti sepulcri. Inuenimus mirè magnitudinis viros duos, ut prisca artas ferebat. Os omnia integra, sanguinis plurimum, ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa? Conduimus integra, ad ordinem transstilimus, vespere iam incubente, ad basilicam Faustæ: ibi vigilia rotæ nocte, manus impositio. Sequenti die transstilimus ea in basilicam, quam appellant Ambrosianam. Dum transferimus, causus sanatus est. Talis mihi ad populum fuit sermo;

Cum tam effusam, tamq; inauditam considerarem conuentus vestri celebritatem, & diuinæ gratiæ munera, quæ in sanctis martyribus resulerunt, imparem me, fateor, huic muneri iudicabā, nec fieri posse, ut sermone absoluerm, quod vix possimus animo intendere, oculis comprehendere. Sed ubi sanctorum legi cœpit series scripturarum, largitus est Spiritus sanctus, qui locutus est in prophetis, quo dignum aliquid tanto coet & expectatione vestra, martyrumq; sanctorum meritis, proferamus; Cæli c. psal. 18. narrat, (inquit) gloriam Dei. Cum legitur sic psalmus, occurrit quod non tam elemēta materialia, quam cælestia merita, dignum Deo præconium deferre videantur. Hodie tamen fortuita lectione patuit, qui cæli enarrant gloriam Dei. Adspicite ad de. Nota relixteram meam, adspicite ad sinistram reliquias sacrosanctas, videtis cælestis conuersationis viros, spectantes animi sublimis trophyæ. Ipsi sunt cæli, qui enarrant gloriam Dei. Hæc opera manuum eius annunciat firmamentum. Non enim eos secularis illecebra, sed diuini gratia operis ad firmamentum sacratissimæ passionis euexit. Multoq; ante morum virtutumq; documentis annunciauit in his martyrium, quod aduersus lubricum seculi huius stabiles permansere.

Cælum erat Paulus, qui ait, Nostra conuersatio in cælis est. Cæli erant Iacobus & Io. hañnes, deniq; filij tonitrui nuncupantur? & ideo quasi cælum Iohannes verbum apud Mar. 1. Deum vidit. Ipse Dominus Iesus perpetui luminis erat cælum, cùm enarraret Deigloriam, sed eam, quam nemo ante conspicerat. Et ideo dixit, Deūnemo vidit vñquam, Iohan. r. nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, enarravit. Opera quoq; manuum Dei si quæris, audi Job dicentem, Spiritus diuinus, qui fecit. Et ideo aduersus diabolî tentamenta Job. 26. firmatus, inoffensa vestigium constantia reservauit. Sed veniamus ad reliqua; Dies (inquit) diei eructat verbum. Ecce veri dies, quos nulla caligo noctis interpolat. Ecce Martires veri dies, pleni luminis & fulgoris aeterni. Qui non perfunditorio sermone verbum Dei, sed intimo corde eructarunt, in confessione constantes, in martyrio perseuerantes.

Alius psalmus lectus dicit, Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat? & Psal. 112. humilia respicit in celo & in terra? Respexit sanè humilia Dominus, qui latentes sub ignobili cœspite reliquias sanctorum, sua Ecclesiæ reuelauit, quorum anima in celo, corpus in terra. Suscitans à terra in opem, & de stercore erigens pauperem? Quos vides, vt eos cum principibus populi sui collocarit. Principes populi, quos alias nisi sanctis,

Cor. 15. **Etos martyres estimare debemus, quorum iam in numerum, diu ignorati, Protasis Geriusi, que proferuntur, qui sterilem martyribus ecclesiam Mediolanensem, iam plurimorum matrem filiorum, latari passionis proprii fecerint & titulis & exemplis. Nec hoc abhorreat à vera fide. Dies diei eructat verbum, anima animæ, vita vita, resurrectio resurrectioni. Et nox nocte indicat scientiam, hoc est, caro carni, quorum passio veram fidei scientiam omnibus indicavit. Bonæ noctes, noctes lucide, quæ habent stellas. Sicut enim stella à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum.**

Miracula ad sanctorū reliquias. **Noa** immeritò autem pleriq; hanc martyrum resurrectionem appellant. Videro tamen, utrum sibi, an nobis certè martyres resurrexerunt. Cognouisti, immò vidisti ipsi multos à dæmonijs purgatos. Plurimos etiam, vbi vestem sanctorū manibus contigerunt, hic quibus laborabant, debilitatibus absolutos, reparata veruti corporis miracula, quo se per aduentum Domini Iesu gratia terris maior, infuderat, umbra quædam sanctorum corporum plerosq; sanatos cernitis. Quanta oraria iadituntur? Quantæ indumenta super reliquias sacrissimas, vt tactu ipso medicabilia reposcantur? Gaudent omnes extrema linea contingere, & qui contigerit, saluus erit. Gratia tibi Domini Iesu, quod hoc tempore tales nobis sanctorum martyrum spiritus exciast, quo Ecclæsia tua præsidia maiora desiderat. Cognoscant omnes, quales ego propugnatores requirebam, qui propugnare possint, impugnare non soleant.

Hos ergo acquisui tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini nocant. Tales ergo ambo defensores, tales milites habeo. Quorum quod maiora, eò tutoria patricia sunt. Horum etiam illisipsis, qui mihi inuident, opto præsidia. Veniant ergo & videant stipatores meos, talibus me armis ambiri nō nego. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Eliseum, scriptura diuinæ series refert, cum ab exercitu Syrorum esset obesus, dixisse timenti seruulo, ne timearet, quia plures (inquit) pro nobis sunt, quam contra nos. Et vt hoc probaret, petisse vt oculi Giezi aperirentur, quibus innumeros adesse vidit prophete exercitus angelorum. Nos etiæ eos videre non possumus, sentimus tamen. Erant clausi isti oculi, quādiu obruta Sanctorum corpora delitescebant. Aperuit oculos nostros Dominus, vi demus auxilia, quibus sumus sèpè defensi. Nō videbamus hac, sed habebamus tamē. Itaq; trepidantibus nobis, quasi dixerit Dominus: Adspicite, quantos vobis martyres dederim, ita reseratis oculis gloriam Domini speculamur, quæ est martyrum passione præterita & operatione præsens.

Eusasmus fratres non mediocre pudoris sarcinam, patronos habebamus, & nesciebamus. Inuenimus vnum hoc, quo videamur præstare maioribus. Sanctorum martyrum cognitionem, quam illi amiserunt, nos adepti sumus. Eruuntur nobiles reliquæ sepulcro ignobili ostenduntur celo trophya. Sanguine tumulus madet, apparent crux, res triumphales, notæ inuiolatae, reliquia loco suo & ordine reperta, aulsum humeris caput. Nunc senes repertunt, audisse se aliquando horum martyrum nomina, titulumque legisse, perdiderat ciuitas suos martyres, quæ rapuit alienos. Etsi hoc Dei munus est, ramen gratiam, quam temporibus sacerdotij mei Dominus Iesus traxit, negare non possum: quia ipse martyr esse nequoco, hos vobis martyres acquisui. Succedant victimæ triumphales in locum, vbi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est, nisi sub altari, qui illius redempti sunt passione. Hunc ego locum prædestinaueram mihi. Dignum est enim, vt ibi requiescat sacerdos, vbi offerre consuevit. Sed cedo sacris victimis dexteram portionem, locus iste martyribus debebatur.

Condamus ergo reliquias sacro sanctas, & dignis ædibus inuehamus, rotumque dicem fida deuotione celebremus. Acclamauit populus, vt in dominicum differretur dicem martyrum depositio: sed tandem obtentum, vt sequenti fieret die. Sequenti die laus mihi ad populum iterum sermo fuit.

Est fer. 9t.

Item de eorundem inuentione corporum, D. Ambrosij fer. no.

Psal. 18.

Hesterno tractavi versiculum, Dies diei eructat verbum, prout nostri captiustulit in genij, hodiè mihi non solum superiora tempore, sed præsenti quoque probes prisacum pfectasse videtur scriptura diuina. Nam cum diebus ac noctibus continuatam vide. **Christianorum deuotionem.** am sanctitatis vestrae celebritatem, istos esse dies prophetici carminis, oracula declararunt hesternum atque hodiernum, de quibus opportunissime dicitur; Dies diei eructat

eructat verbum: & istas noctes, de quibus aptissime disputatur, quia nox nocti indicat scientiam. Quid enim aliud hoc biduo, nisi verbum Dei intimo eructatis affectu? & Nota hære-
scientiam vos habere fidei probauistis? Cui tamen celebrati vestra, qui solent, inui-
tice, & eru-
tient. Et quia celebratatem vestram inuidis animis ferre non possunt, causam celebri-
tatis odere, atque intantum amentia prodeunt, ut negent martyrum merita, quorum
opera etiam dæmones confitentur.

Sed hoc non mirum. Siquidem tanta est incredulorum perfidia, ut tolerabilior Math. 8.
sit diaboli plerumq; confessio. Dicebat enim diabolus Iesu fili Dei viui, qd venisti ante
tempus torquere nos? Et cum hoc audirent Iudei, ipsi tamen Dei filium denegabant.
Et nunc audistis clamantes dæmones, & confitentes martyribus, quod poenas fer-
re non possint, & dicentes: Quid venisti, ut ante tempus nos tam grauiter torqueatis?
Et Arriani dicunt: Non sunt illi martyres, nec torqueare diabolum possunt, nec ali-
quem liberare, cum tormenta dæmonum ipsorum voce probentur, & beneficia mar-
tyrum, remedij cæcorum, & absolvitorum indicis declarentur. Negant cæcum illu-
minatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dicit: Video, qui non videbam. Ille di-
cit: Cæcus esse desui, & probat factum. Isti beneficium negant, qui factum negare non
possunt. Notus homo est, publicis cum valeret mancipatus obsequijs, Seuerus no-
mine, lanus ministerio. Deposuerat officium, postquam inciderat impedimentum.

Vocat ad testimonium homines, quorū ante sustentabatur obsequijs. Eos indi-
ces sua visitationis acserit, quos habebat testes & arbitros cœcitatim. Clamat, quia vt
cōtigit simbriā de veste martyru, qua sacre reliquie vestiuntur, redditum sibi lumē sit.
Nonne simile illud est, atque illud, quod in Euangelio legimus? Vnius enim poten-
tiam laudamus authoris, nec interest vtrū opus sit, an munus, cūm & muneret in Iohann. 2.
opere, & operet in munere. Quod enim alijs faciendum donauerit, hoc in aliorum
opere nomen eis operatur. Legimus ergo in Euangelio, Iudeos cūm viderent in illo
caco sanitatis remedium, requisisse parentum testimonium. Interrogabant, Quo-
modo videt filius vester? cūm ille diceret: Cæcus cūm esset, modo video. Hoc & iste
dicit: Cæcus fui, & modo video. Interrogate alios, si mihi non creditis? interrogate
extraneos, ne ad stipulari mihi parentes putetis. Detestabilior istorum, quām Iudeo-
rū pertinacia. Illi cum dubitarent, vel parentes interrogabant. Isti occulite interrogat,
palam negant, iam non operi increduli, sed authori.

Sed quero quid non credant, vtrū à martyribus possint aliqui visitari? hoc est Iohann. 14.
Christo non credere. Ipse enim dixit: Et maiores his faciunt: an ab ipsis martyribus, quo
rum merita iam dudum vigent, corpora dum dudum reperta sunt?

Quero hīc, vtrū mihi, an sanctis martyribus inuidet? Si mihi, unquid à me ali-
qua virtutes fiunt? Nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuidet,
quod meum non est? Si martyribus (restat enim, vt si mihi non inuidet, martyribus
inuidere videantur) ostendunt alterius fidei fusile martyres, quam ipsi credunt. Neq;
enim aliter eorum operibus inuident, nisi fidem in his fusile cam, quam isti non ha-
bent, judicarent fidem illam. Majorum traditione firmata, quam dæmones ipsi ne-
gare non possunt, sed Arriani negant.

Audiuiimus hodiē dicētes eos, quibus manus imponebatur, neminem posse esse sal-
uum, qui patrem & filium & spiritum sanctum negaret, qui Trinitatis omnipotē
virtutem non crederet. Confitetur hoc diabolus, sed Arriani nolunt fateri. Dicit dia-
bolus: Si torqueatur, quemadmodum ipse à martyribus torquebatur, qui spiritus san-
cti deitatem negarit. Non accipio à diabolo testimoniū, sed confessionem. Inuitus
dixit diabolus, sed exactus & tortus. Quod nequitia supprimit, extorquet iniuria. Ce-
dit diabolus plagijs, & adhuc cedere nesciunt Arriani. Quanta perpeſsi sunt, & quem-
admodum Pharaon malis suis indurantur. Dicebat diabolus, ut scriptum legim. Scio
te, quis sis? Tu es filius Dei viui. Dicebant Iudei. Nescimus, quis sit. Dicebant hodiē & Luc. 4.
superiore die vel nocte dæmones. Scimus, quia martyres etsi: & Arriani dicunt! Ne. Hæretici dū
scimus. Nolumus intelligere, nolumus credere. Dicunt dæmones martyribus. Veni, monibus
perdere nos! Arriani dicunt: Non sunt dæmonum vera tormenta, sed ficta & com-
posita ludibria. Audiui multa componi: hoc nemo inquam fingere potuit, ut damo-
niacum se esse simulet. (alijs, dæmonem se esse simulet.)

Quid illud, quod ita exagitari eos videmus, quibus manus imponitur? vbi hīc lo-
cū fraudi est, vbi suspicio simulantur: sed nō ego ad suffragium martyrum usurpo vo-
cem dæmoniorum. Beneficijs sacra passio suis comprobetur. Habet indices, sed pur-
gatos: habet testes, sed absolutos. Melior vox est, quam sanitas loquitur eorum, qui

Genes. 4: debiles aduenerunt. Melior vox est, quam sanguis emittit. Habet enim sanguis voce canoram, quæ de terris ad celum peruenit. Legistis, dicente Domino. Sanguis fratris tui clamat ad me. Et hic sanguis clamat coloris indicio. sanguis clamat operationis præconio. sanguis clamat passionis triumpho. Satisfactum est petitioni vestra, ut condendas hesterno, in hodiernum diem differremus reliquias.

VITA S. ROMVALDI ABBATIS, AVTHORE B. PETRO DAMIANO.

PROLOGVS.



Duersum te, immunde monde, conquerimur, quia habes intolerabilē stultorum sapientium turbam, tibi facundam, Deo mutam. Habes qui per vanam eloquētiā, & inanem philosophiā se sciunt in superbię cornibus arroganter extollere: non habes, qui profuturū aliquid adificationi proximorum, ad posterorum velit memoriam schedulis adnotare. Habes, inquit, qui in pratoris iudicū, negotiorum secularium lites, & causarum iurgia continuae valent declamationib⁹ perorare: nō autem habes, qui possit in sancta Ecclesia vel vniuersitate sanctorum virtutem, & clara gesta describere. Sapientes siquidem sunt, ut faciant mala: bona autem facere nesciunt. Ecce enim tria iam fere lustra transacta sunt, ex quo beat⁹ Romualdus, deposito carnis onere, ad ætherea regna migravit, & nemo adhuc ex huius mundi sapientibus extitit, qui de tot mirabilis vitæ p̄econis paucā saltem historico stylo digereret, & audiſſimā deuotioni fidelium satisfaciens, ad cōniu. nem utilitatem recitata sancta Ecclesia trāderet. Nobis autem in angusto cellula an. gulo residentibus, utilius erat, sicut proposuimus, propria peccata ad mentis oculos assidue reuocare, quām aliena virtutis historiā texere: magis expediret commissi reatu tenebras plangere, quām splēdida sanctitatis insignia imperitis sermonibus offulcare. Veruntamen cū ad sepulcrum eius ex longinquis terrarū partibus toto anno, maximēq; in ei⁹ festinitate fidelium multitudo cōueniat, miracula per eum diuinis facta conspiciat, audire vitæ eius historiam desiderabiliter querat, sed, ut potè que nō sit, audire non valeat, non irrationabiliter pertimescimus, ne celeberrima eius fama, quæ adhuc populi totius ore depromitur, labente curriculo temporum, de memoria hominum penitus deleatur. Quapropter hoc timore compulsum, multotumq; fratrum precibus, & germana charitate deuinētus, quod de p̄adicto mirabili viro ab egregiis eius discipulis didici, agrediar, Deo authore, describere, vitaq; eius initium, cursum & finem, nimirū imperitus homo, non historiam texens, sed quoddam quasi breue cōmemoratorium faciens, quibuscunq; tentabo literarum apicibus exarare. Hoc autem vnum in primis lectorum meum nōn esse desidero, quia non multa per eum facta miracula in hac ego descriptiuncula colligam, sed porrius (quod ad adificationē omnimodo attinet) conuersationis eius ordinem referre contendam. Beatus siquidem vir intantum se humiliatis tegmine a vento vanæ gloriae custodiuit, quod vndecepit; manus oculis videri mirabilis potuit, studioſissima occultatione suppressit. Quæ tamen miracula etiam si minima fēcissent, mirabilem vitam ducens, minori veneracione dignus non esset. Neq; enim p̄cursor Domini fecisse miracula legitur, quo maiorem nullum inter natos mulierum surrexisse Veritas ipsa testatur. Nonnulli enim Deo se deferre existimant, si in extollendis sanctorum virtutibus mendacium fingat. Hi nimis ignorantes Deum nostro non egere mendacio, relicta veritate, quæ ipse ēst, de falsitatis ei putant se placere posse commento. Quos bene Hieremias redarguit, dicens: Docuere linguas suas loqui mendacium: vt iniquè agerent, laborauerunt. Qui enim vltro oblatam simpliciem veritatem referre facile poterant, in componendis quæ nesciunt, cassò labore desudant. Et quo se pro Deo stare quād adiutores autem, eo reuerā, ut falsi testes, contra Deum pertinaciter pugnant, A postolo Corinthiis attestante, qui ait: Si Christus non surrexit, inanis est p̄adictio nostra, inanis est fides vestra. Deinde subiungit: Inuenimus falsi testes Dei, quoniam diximus testimoniū aduersus Deum, qui suscitauerit Christum, quem nō suscitauit. Sed quia necessitate ad scribendum coacti, velut commoti, ista p̄emissimus, iam precib⁹ eius, de quo loquimur, Deo opitulante, ad narrationis ordinem veniamus.

VITAE